



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 79. Primorum Delegatorum Curia in Angliæ Regno stabilita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI
A. C. 1559

tanquam justum, & legitimum fuit declaratum. Cuncta hæc fuerunt stabilita, nullo ferme obsistente, exceptis tamen quibusdam Proceribus Laicis, qui veluti contra torrentem obsistere audebant, suamque oppositionem etiam ad acta referri curabant: verum horum numerus ceteris longe inferior erat.

§. LXXIX.

Primorum Delegatorum Curia in Angliæ Regno stabilita.

Burnet
p. 572. &
573.

Postquam Regina potestatem, seu primum Ecclesiæ Primatum, necnon hoc munus per suos Deputatos exercendi facultatem obtinuerat, ex hoc monstro quantocius nascebatur recens tribunal, quod *primorum Delegatorum Curia* appellabatur. Hæc ex certo Commissariorum, ut vocant, seu Judicum numero conflata communi suffragio illa fungebantur potestate, quam prius Henricus uni soli sub Vicegerentis nomine commiserat. Hanc in rem Regina Clericorum sententiam expetebat, qui etiam eidem haud ægre consentiebant, certo persuasi, quod unius solius Viri auctoritas hoc munere nimium potens evaderet, proin illam inter plures partiri magis expediret: Insuper sperabant Ecclesiastici, quod ipsi in ejusmodi officio

cio potiozem obtenturi sint partem, nec ultra subjiendi forent pleno laicorum arbitrio; cum hi per tot sæcula ab Ecclesiasticis dependere soliti nullam prætermiffuri forent occasionem, qua dominationis jacturam sarcire possent, si vel unquam Ecclesiasticis prævalendi ansam aucuparentur.

§. LXXX.

Sacerdotes Verbum Dei absque speciali licentia annuntiare a Regina prohibiti.

Priusquam omnes hæ novitates fuerant stabilitæ, quidam Ecclesiastici adversus eos, qui ejusmodi immutationes invehere cœperant, acriter declamabant; quapropter Regina prohibuit, ne quisquam sine licentia regio sigillo munita ad populum diceret: cum autem ipsa quoque vereretur, ne in suis ausibus per Clericorum comitia impediretur, hinc Ecclesiasticis una congregatis inibuit, ne ullos Canones, seu decreta conderent. Hoc Reginæ edicto, cujus injustitia omnibus erat manifesta, haud parum exacerbabantur inferioris Curix Patres: unde Orator, seu Præses nomine Harpsfeldius libellum supplicem a Deputatis Reginæ exhibitum concinnabat. In eo quinque Religionis Catholicæ articuli fuerunt stabiliti,

quo-